



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. VIII. Reliquum partis internae sacelli describitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

R E L I Q V V M
PARTIS INTERNÆ SACELLI
D E S C R I B I T V R.

Cap. VIII.

AVTRQVE monumenti latere socci, bases, parastatae, spacia inter membra, tenuia, atque alia huiusmodi ex varijs, & nobilibus lapidibus sunt constructa, velut de cæteris diximus. Ob quam rem ad primam coronam properabimus. Igitur supra Sixti V. monumentum prima coronis comparet vndique, facillum circundans. hanc fenestra consequitur in arcus medio locata, à cuius dextera in quadrato coloribus expressi Iosias, & Iechonias Reges cōsistunt his verbis appositis. IOSIAS, ET IECHONIAS, & sanctus Matthēus in genealogia commemorat. A fenestrā lœua eodem pačo cernūtur Salathiel & Zorobabel, quibus talia adhærent. SALATHIEL ET ZOROBABEL. In medio arcus fornice in figura ouatam speciem referente tectorio formata, quam plurimi Angeli habentur eodem modo depicti ob Christi

A natuitatem exultantes. In duobus angulis supra primam Coronidem bini stant Angeli ex tectorio egregiè constructi. Ad hos duo trianguli inter arcus succedunt ex eadem deaurata materia compacti, in quorum medio à fenestrā dextera Achaz, & Ezechias cum his verbis: ACHAZ, ET EZECHIAS. A lœua, Azor, Sadoch, Achim, quos talia sequuntur: A Z O R, S ADOCH, ACHIM. A monumenti dextera in Parastadarum intervallo Pontificum solium respicientium loculamentum adest, cum sancti Petri statua ex albo marmore, perpolitè constructa. Ad hoc in quadrato ex tectorio coloribus expressa historia succedit de tribus Magis Herode præsente, dum stellam omiserant. Superius corona adest, supra quam eodem ordine, atque materia Ozias, & Ioathan apparent. A monumenti lœua sacrarium occurrit. cancellos autem versus Sanctæ Luciæ est adicula, quam historia in quadrato ex tectorio Innocentium præstat coloribus designata. Super hanc corona se attollit, quam quatuor figuræ in quadrato eodem modo condito exornant, talibus verbis annexis, ELIVD, ELEAZAR, MATHAN, ET IACOB. atque haec satis sit de internis facelli partibus indicasse nunc ad reliqua pergemus.

